## FOR VIRGINS.




2. Qui pêrgis inter lîlia,
Septûs choreis vîrginum,
Sponsûs decorus glôria,
Sponsîsque reddens præmia.
3. Quocûmque tendis, vîrgines
Seqûuntur, atque laûdibus
Post tê canentes cûrsitant,
Hymnôsque dulces pêrsonant.
4. Te dêprecamur sûpplices,
Nostrîs ut addas sênsibus
Nescîre prorsus ômnia
Corrûptionis vûlnera.
5. Virtûs, honor, laus, glôria
Deô Patri cum Fîlio,
Sanctô simul Parâclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

---

FIRST VESPERS:

V. *Spécie tua, et pulchritúdine tua.*
R. *Inténde, próspere procéde et regna.*

SECOND VESPERS.

V. *Diffúsa est grátia in lábiis tuis.*
R. *Proptérea benedixit te Deus in æternum.*

[If the Office be of many Virgins, in First and Second Vespers:

V. *Adducéntur regi vírgines post eam.*
R. *Próximæ ejus afferéntur tibi.*



## FOR HOLY WOMEN.




2. Hæc sâncto amore saûcia,
Dum mûndi amórem nôxium
Horrêscit, ad cœlêstia
Itêr perégit ârduum.
3. Carnêm domans jejûniis,
Dulcîque mentem pâbulo
Orâtiônis nûtriens,
Cœlî potîtur gaûdiis.
4. Rex Chrîste virtus fôrtium,
Qui mâgna solus êfficis,
Hujûs precâtu quǽsumus,
Audî benîgnus sûpplices.
5. Deô Patri sit glôria,
Ejûsque soli Fîlio,
Cum Spîritu Parâclito,
Nunc êt per omne sæculum. Amen.

---

FIRST VESPERS.

V. *Spécie tua, et pulchritúdine tua.*
R. *Inténde, próspere procéde et regna.*

SECOND VESPERS.

V. *Diffúsa est grátia in lábiis tuis.*
R. *Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.*